UT SUÆ TENERRIMÆ AFFECTIONIS

Respectus gratitudinisque lebem exhibeat significationem

DOMINO PRESBYTERO LIC. D. JOANNI CABREJO ORATORII CONGREGATIONIS

Metropolitanæ Curiæ in negotiis Promotori Fiscali.
Necnon Cameræ ac Ecclesiastici Gubernii A Secretis constituto.
atque olim Juris Canonici Cathedræ per substitutionem Moderatori.

ANDREAS ORANTES

UTRIUSQUE JURIS AUDITOR

LIBENTER OFFERT.

Solemne de Jure Canónico Specimen ex dessignatione sui dignissimi Cathedrarii sibi subeundum in quo sequentes elucidabit theses.

1.ª Librorum pravorum lectio fidelibus summe noxia esse potest et solet.=2.ª Aliqui libri, de se non pravi, fidelibus tamen quandoque noxii esse possunt.=3.ª Prohibitio Juris naturalis legendi libros noxios non sufficit, ut á fidelibus arceantur pericula et nocumenta.=4.ª Ecclesiæ competere potestatem prohibendi libros pravos, atque etiam non pravos si nihilominus noxii sint, probat ipsiusmet Ecclesiæ constitutio, et finis ad quem divinitus instituta est.=5.ª Ecclesiæ competit potestas librorum impressionem suis legibus moderandi.=6.ª Dicta Ecclesiæ potestas quoad librorum impressionem et prohibitionem estenditur ad omnes libros, qui fini Ecclesiæ proprio officere possunt: et an tales sint, libri, judicare pertinet ad ipsammet Ecclesiam.=7.ª Dicta Ecclesiæ potestas librorum noxiorum lectionem prohibendi, estenditur ad scripta periódica, etiam nondum edita aut composita.=8.ª Ecclesiæ sepedicta potestas librorum noxiorum lectionem prohibendi ita intelligenda est, ut possit Ecclesia libros de re indiferenti ab hæreticis scriptos prohibere; quo casu prohibito *in odium* auctorum facta dicitur.=9.ª Sæcularis Princeps nullatenus potest libros ab Ecclesia damnatos permittere sed tamquam protector Ecclesiæ eos etiam proscribere debet.

IN PONTIFICIA UNIVERSITATE S. CAROLI

GUAT. DIE XVIII OCTOBRIS AN. MDCCCLXI.

HORA QUARTA POSTMERIDIANA.

Episcopus Trajanópolis
Rr.

Presb. Angelus M. Arroyo
Cath.